ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS
Admont, um 1180
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tam tuā et ueni. ut saluos faciā nos.
Rogauit autem eum pharisei ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei recubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit quod recumbit in domo pharisei. attulit alabastrum unguenti. Et stans retro secus pedes eius. cœpit lacrimis rigare pedes eius. Et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius. et unguento ungebat. Cum autem uidisset pharisei qui uocauerat eum. dixit intra se dicens. Hic si esset propheta. scire utique quis et qualis est mulier quæ tangit eum. quia peccatrix est. Et respondens iesus dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. Ille dixit. Magister dic. Duo debitores erant cuidam fenatori. unus debebat denarios quingentos. alius autem quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent. donauit utrisque. Quis igitur eum plus diligit. Respondens simon dixit. Existimo quia cui plus donauit. Ille dixit. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit simon. Uides hanc mulierem. Intrauit in domum tuam. aquam pedibus meis non dedisti. hæc autem lacrimis rigauit pedes meos. et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti. hæc autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Hac enumeratione falsus iustus ostenditur. et sub specie mulieris tam suum quam cœlestem meruit parem connumerari. Oculis irrigauit. et ipsum tendo orans flebat. Capillos suos posuerat. et iam in lacrimis tergebat. Ore suo basiabat. et ipsum non pedes domini osculabatur. Quorum ginsecabant obiectamenta. tot de se fecerunt holocaustia. Omnis pharisei est legis probatio custodia. in qua iudicabant se uiuere. Quam dissingere dum cum non uenit soluere legem. sed implere. In hac domo egitur mulier penitens.

Cor. Im.